

bili ratione: Una facilis probacionis huiusmodi descendencia, que in fideicommissis collatis in tempus remotissimum reddi solet penè impossibilis, ac parere inextricabiles litium anfractus, ob quam rationem quæ recipi attendi debere magis proximitatem gravari, quam gravantem, ut supra in Rom. fideic. de Victoris *disc. 23.* & alibi. Et altera magis proxima, quod masculis immediatè procreati à femina agnata, ita dicuntur semiagnati, & quasi pro medietate participare de agnatione, quod dici non potest de masculis mediatis per duplex medium femininum, quoniam ita à propria familia effecti sunt omnino extranei, juxta exemplum naturale arborum, quarum una super alia inferatur, quoniam fructus qui producitur ab arbore inserta participare dicitur de altera arbore super qua insertio facta est, sed si super arbore inserta fiat alterus diversæ arboris nova insertio, tunc illa prima arbor super qua prima insertio facta est, tanquam avia, & non mater novi fructus, in nulla consideratione habetur, sed omnino pro extranea, & aliena reputatur, ut ad sensum.

Itæ rationes solæ, & de per se, quamvis aliquando habeant probabiliter, non tamen adeo concludentes videntur, quod sufficiant ad destruendam regulam, ejusque limitationem inducendam, cum contineant quamdam nimium scrupulosam considerationem; dicebant tamen esse alicujus momenti, quando alla concurrunt admittenda in idem tendentia; ut in presenti casu concurrerant. Primo scilicet advertebat in d. Bonon. de Barberis cor. Corrado, & in ejus confirmatoria cor. Bich. Et licet ex his, que habentur in eod. *disc. seqq.* id non excludat vocacionem etiam nepotum, ac ulteriorum descendendum jure subingressorum, vel transmissorum, aut quia ex conjectura mente defuncti, seu dispositionis qualitate sub nomine filiorum veniant etiam nepotes, & ultiores descendentes; At tamen concurrente dicta alia circumstantia contemplata agnationis, seu ratione ex ea resultante, ut supra, admittuntur quidem nepotes, ac ultiores descendentes, in quibus continuatur eadem qualitas masculina, & quodammodo confirmata impressa in filio immediato, qui cum in omnibus descendentes masculos transmittat, ut eod. *disc. seqq.*

Secundò fortius, quia plures, ac plures tam in dispositiva, quam in conditionali testator vocat, seu in conditione ponit earundem femininarum lineam masculinam, per quam inducta censetur restrictio ad masculos immediatos, eorumque descendentes masculos absque mixtura femininarum per quas rumpitur filius talis linea, quando ipse procreatur ab ulterioribus descendibus, quia femina dicuntur fines lineæ; Et quando filii immediati illius, qui pro stirpe designatus est, adhuc extraneæ remanent à linea masculina, tanquam principium lineæ femininæ, quoniam juxta theoricam Caltren. in *Lamarinus. n. 5. C. de procur.* quam communiter sequuntur plene deducti in dict. Bonon. de Barberis cor. Corrado, & in Rom. Cafalis Veteris 5. Maji 1652. coram Alberg. de qua *sub tit. de emplor. disc. 13.* quilibet five masculus, five femina, duas lineas constituit, unam que incipit ab ejus filius masculis, alteram que incipit à feminis, ergo huiusmodi femininarum nepotes ex alia femina nunquam dici possunt de earum linea masculina, quoniam eadem sunt sub femina.

Et licet non desint volentes in his terminis, ex ratione absurdum illud verbum *linea*, impropiandum esse, ac accipiendum pro sexu, ut præsertim Ruin. *conf. 149. nu. 11. in princ. l. 2. Berous. conf. 77. pariter l. 2. sub nu. 13. Menoch. conf. 205. n. 30. Bellon. jun. d. conf. 73. n. 23. verif. secundo respondeo*, in quibus auctoritatibus magnum fundamentum constituebant scribentes pro dictis Marchionibus Lupis masculis mediatis; Respondebam tamen, quod ego & ceteri pro masculo etiam mediato scribentes in d. Bonon. de Barberis tam d. auctoritates, quam rationes eas comprobantes fortè acriter deducebamus, tam in partibus in prima instantia, quam in secunda cor. A. C. & in tertia in Rota, in omnibus tamen succubimus, illaque neglecta fuerunt, & merito; Tum quia auctoritates Consulentium semper sunt suspectæ, ac parvi ponderis; Tum etiam quia hæc verborum impropriatio cadere posset quando nullum aliud administratum, vel conjectura urget, unde in casu merè ambiguo dicto solum verbo obstante, ex qualitate dispositionis probabiliter dubitari posset, quod illud ex inadvertentia Notarii, seu alterius scriptoris testamenti, aut per ipsummet testatorem habitum esset pro synonymo cum altero verbo *sexus*, scilicet autem potè alii conjecturis, ac administris concurrentibus,

cisque insimul junctis, cum regula in hac materia perpetuò attendenda, ut *singula que non prosunt, &c.*

Et his addebat alterum administratum clariorè resultans ex illis verbis repetitivis, ut *supra, & prope supra, & modo, l. 2. & ordine, quibus de ipse Joanne, Marco Antonio, & Alexandro, & lineis eorum masculinis disposuit*, unde cum præcedenter absque dubio testator semper interlitteret de masculis per masculum absque mixtura femininarum, ideò idem dicendum erat in præsentem ex natura dictionis, seu orationis repetitivæ juxta vulgaria, & quotidiana axiomata.

Supponebatur, quod Judices motivando præmissa omnia admitterent, quando viveret d. Vincentius masculus immediatus, cum quo dicta questio crepta fuit, sed quod haberent difficultatem in expiratione fideicommissi, & exclusione d. aliorum masculorum, qui in effectu erant descendentes testatoris, fundando motum in absurdo, ut extraneus hæres dicti Vincentii, cujus jure dictæ ejus nepes veniebant tanquam in bonis liberis, excluderet dictos descendentes contra verisimilem voluntatem dicti testatoris, qui in lineis trium masculorum primò institutorum etiam ipsorum vocavit; Verum etiam in sensu veritatis istud motum non videbatur considerabile, quoniam huiusmodi dispositiones non trahuntur de casu ad casum, vel de persona ad personam, atque ille qui non est vocatus, exclusionem meretur, cum vulgari dictorio Jo. Andr. *fideicom. de re non loquitur*; Nesque ratio absurdi, vel inverisimilitudinis apta est inducere vocacionem ubi non adest, quoniam non queritur, cur testator voluerit, sed quid voluerit, ideòque absurdorum, vel inverisimilitudinis consideratio efficax reputari solet pro interpretatione in casu merè ambiguo, non autem pro inducenda nova dispositione, ut bene pluribus antiquioribus relatis habetur apud Cyr. *contr. 281. n. 24. cum plur. seqq.* & in terminis individualibus per Rot. *insuperis allegata Bonon. fideic. de Amoris cor. Melio post collect. Bondeni dec. 152. & 66.* ubi hoc absurdorum, ac inverisimilitudinis motum negligitur, etiam in casu fortiori, quod fideicommissum non expiraret, sed ultiorum durationem haberet, faciendo transitum ad personas penitus extraneas juxta dictum casum, de quo infra *disc. 30.* Multò magis in præsentem, quoniam ut infra in hac materia pluries advertitur, ac videtur principium absolutum, maxima differentia est inter casum, in quo agitur de terminando servitute fideicommissi, atque inducendo honorum liberatam, cujus favor existit, ut in dubio pro ipsa contra fideicommissi continuatam servitute respondendum sit, & in foro præsertim verò in Rota receptam, ex deduct. apud Orthob. *dec. 335. in fin. & passim*; Et casum in quo agitur de continuatione fideicommissi, ejusque transitu ad genus absque dubio minus dilectum, ac subsidiariè vocatum, ideòque intrat vulgare argumentum desumptum ex *auth. multo magis, &c.*

Præterea ubi etiam dicendum esset, quod ex verisimili, seu presumpta mente testatoris, fideicommissum ulteriozem durationem in universa ejus descendencia habiturum esset, donec illa duraret, adhuc tamen posita delatione fideicommissi in Marchione Vincentio masculo immediato; exclusi remanebant dicti de Lupis à masculis procreandis à dictis femini proximioribus dicti ultimi gravati, cujus proximitatem hodie absolutum est, non refragante testatoris voluntate, attendendam esse; Cum enim non ageretur de primogenitura, vel majoratu, unde intraret difficultas, de qua supra in Bononien. primogeniture de Luparis *disc. 7.* & cum quo præsupposito, licet non bene in hac parte, processum fuit in d. Bonon. de Barberis cor. Corrado, sed ageretur de simplicis fideicommissi; Hinc proinde de plano intrat conclusio in fideicommissis receptissima, & hodie absoluta, de qua in eadem Bonon. de Luparis, ac etiam in Ferrarien. fideic. de Franchis *disc. 9.* ut fideicommissum stare debeat in suspensio, donec durat spes, seu potentia existentia personarum de genere prius vocato, seu de linea, in quam bona ingressa sunt, cum istorum transitus ab una linea ad alteram non deat, donec illa omnino evacuata sit, quod dici non potest, donec durat spes, seu potentia illius durationis, que expectari debet, ideòque ex pluribus bonum jus huic parti aliter videbatur.

BONON. FIDEICOMMISSI DE BARBERIIS

P R O

MAURITIO BEROALDO

C U M

NICOLA O ROFFENO.

Casus decisus per Rotam pro Nicolao.

De eadem materia, an scilicet vocatis masculis ex feminis agnatis, veniant solum masculi immediati, vel etiam mediati per duplex medium femininum; Et an vocatio filiorum huiusmodi femininarum conveniat nepotibus, ac ulterioribus descendibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
- 2 Resolutiones casu.
- 3 De punctis, seu disputationibus habitis.
- 4 De regula ut vocatis masculis ex feminis, veniant omnes tam mediati, quam immediati non curata pluralitate maiorum.
- 5 De limitatione ex conjecturis diversarum voluntatum suadetibus, & que sunt iste conjecturæ.
- 6 De ratione dubitanti de resolutionibus, que maturius considerate placeant.
- 7 De questione, an filiorum appellatione veniant nepotes remissive.
- 8 Quando nepotes veniant ex conjecturis.
- 9 De successione nepotum, & ulteriorum descendendum ex primo filio immediato jure subingressorum in vim vulgaris anomale.
- 10 De questione an successio remotoris censetur revocabiliter, ita ut proximior superveniens eam avocet.
- 11 In fideicommissis non admittitur linea, seu genus, postea, & subsidiariè vocatum, donec durat spes, seu potentia primi, sed successio stare debet in suspensio.
- 12 Quid in primogenitura.

D I S C. XXIX.

Neglectis de Barberis, institutis filiis masculis quatenus extraneis, eis corumque descendibus deficientibus, vel non extraneis, & sic defecta, vel non incepta ejus linea masculina, vocavit cum perpetuo fideicommissi lineam masculinam trium ejus transversalium agnatorum, quæ etiam defecta, vocavit cum ordine primogenituræ filios, ac descendentes masculos Juditæ ejus filie, & in istorum defectu vocavit filium masculum natu majorem Lucretiæ fororis, ejusque lineam masculinam, inuncto onere tam filii filie, quam filii fororis renovandi familiarum cum assumptione cognominis, & insignium; Defuncto autem testatore sine prole masculina, delataque hereditate dictis agnatis transversalibus, obit dicta Juditæ absque prole masculina, superstitè Valeria unica filia, atque sequo etiam obitu dd. transversalium sine masculis, dicta Valeria adhuc inupta existente, Nicolaus Roffenus d. Lucretiæ fororis filius natu major hanc fideicommissariam successione agnovit, ac obtinuit; Ad aliquos verò annos ex Valeria nupta Beroaldo procreatus est Mauritius, cujus nomine tamquam primò vocati judicium super dicto fideicommissio institutum fuit in partibus coram Audite Generali Bonon. à quo prodiit sententia Nicolai rei conventi absolutotia, confirmata in secunda instantia per A. C. Et introducta per appellationem causam in Rota cor. Corrado sub die 5. Decemb. 1650. prodiit resolutio dictis sententis conformis, confirmata 16. Februarii 1652. cor. Bich. ut patet ex decisionibus desuper editis impress. *dec. 95. & 318. p. 11. rec.* & quarum prima est etiam repetita post Censal. in add. ad Peregr. in illis moderne impress. *dec. 17.* atque stantibus tribus conformibus, à Signatura etiam canonizatis, actor acquievit, ideòque ita contròversia finem habuit.

In huiusmodi autem disputationibus cor. A. C. & in Rota, de tribus questionibus acerrime agtum fuit; Primò, ac principaliter de puncto, an vocatis masculis ex feminis agnatis, veniant solum immediati, vel etiam mediati per duo media feminina; Secundò an sub nomine filiorum masculorum ex dictis feminis venirent nepotes, vel ultiores descendentes, quibus dispositio conveniret; Et tertio, dum de tempore facti casus non aderant masculi descendentes ex filia prædicta, ac primò vocata, unde successione agnovit

masculus ex sorore minus dilectus, ac subsidiariè secundo loco vocatus, An superveniens masculus prædictus avocaret successione ita revocabiliter remotori delatam.

Super primo puncto resolutum fuit venire solum immediatos, & consequenter vocacionem non convenire dicto Maurilio actori, utpotè descendenti ex dicta femina agnata per aliud medium femininum, ex eisdem fundamentis, de quibus supra in Parmen. *disc. præc.* quod scilicet quamvis receptissima regula sit, ut vocatis masculis ex feminis, attendatur solus sexus, & non curetur mediolorum singularitas, vel pluralitas, dum utroque casu masculi æquè cognati sunt, & de extraneis familiis, illam testatoris fidei renovaturi, idcirco nil referre videtur, an medium femininum sit unicum, vel duplex, aut multiplex, quoniam contemplatus videtur solum sexus pro huiusmodi renovacione necessarius, juxta auctoritates d. *disc. præc.* relatas, quas longèque majores juxta stylum juvenum ego scribens pro actore in ista causa, cum majori otio, & labore cumulabam.

Nihilominus receptissima quoque est limitatio ex contraria voluntate testatoris deducta, ex pluribus conjecturis eod. *disc. præc.* quoque ponderatis; Primò scilicet ex verbis personalitatem denotantibus, ac importantibus restrictionem ad filium masculum immediatum dictæ Juditæ filia, designatum pro stirpe novæ lineæ masculinæ agnatiæ per artem, seu fictionem; Secundò ex verbo *lineæ masculinæ*, directo in ipsam Juditæ, quod non nisi ejus filius masculus ac descendentes ex eis convenire potest, ex ratione in præcedenti etiam deducta; Et tertio ob contemplationem agnationis, quæ inesse dicitur eo ipso, quod vocata est agnatio vera, & naturalis, eaque defecta demandatur ejus renovatio, juxta nimium copiosè deducta in prima decisione coram Corrado, quæ super hoc puncto desumendi contemplationem agnationis ex huiusmodi demandata renovacione circumferret tanquam magistralis, atque est fons, à quo talem contemplationem probare volentes quotidie totum desumunt, ut expertus fui in pluribus causis, præsertim in Romana primogenituræ de Bubalo, de qua supra *disc. 25.*

Itius primi puncti resolutiones, tunc quando nullæ habebantur decisiones huiusmodi materiam adeò distinguentes, ac explanantes, ut etiam d. *disc. præc.* insinuatum est, mihi circa professionis initia parum probabiles videbantur, neque de facili intellectum in earum obsequium captivare poteram; Tum ob rationem supra pro regulæ comprobacione ponderatam, quod se nil referre videtur qualitas immediata, vel mediata; Tum etiam propter absurdum inverisimilem voluntatis productivum, ut ob huiusmodi subtilitatem, extraneus transversalis etiam cognatus excludere deberet testatoris proprium sanguinem, ac descendendum, dum ita descendentes æquè bene ejus voluntatem implere poterant; Verum deinde expertus plures alias consimiles causas, ex quibus agnovi solitos esse testatores, præsertim Bonon. ad solos masculos immediatos huiusmodi dispositiones restringere, ex ratione pariter *disc. præc.* ponderata, ut præsertim me docuerunt duæ aliæ Bonon. ac Firmana, de quibus in *trib. disc. seqq.* Hinc proinde captivavi intellectum, atque agnovi dd. resolutionum probabilitatem, cujus etiam ab initio vehemens præsumptio apud me urgebat ex eo, quod in tribus instantiis trium diversorum Tribunalium, quinimò & in quatuor, stante etiam judicio Signaturæ, occasione denegandi appellationem à tribus conformibus, tot victorum conforme esse judicium, quod proinde in dubio prevalere debet judicio Advocatorum, quandoque à causæ affectione fascinato.

Hinc proinde, ut etiam advertitur in prima decisione cor. Corrado, prolixè extraneus, ac inanis remanebat magnus labor scribentium hinc inde super questione ex professo disputata, an sub nomine filiorum venirent nepotes, ac ultiores descendentes, reassumendo omnia de super collecta apud Fufar. *qu. 320.* & per Rot. apud Merl. *dec. 206. alia dec. 6. p. 5. rec. & dec. 402. p. 9. & dec. 84. p. 10.* & in aliis frequentè, quoniam stante defectu qualitatè desiderate per testatorem, cessabat omnimodum fundamentum applicacionis.

Tunc autem talis questio congrua fuisset, quando ex Juditæ filia procreatus fuisset filius masculus immediatus prædefunctus ante factum casum fideicommissi, de cujus tempore esset solum superstes nepos, vel pronepos, aut ulterior descendens per masculum, & de linea masculina primè immediati; Et tunc, ut etiam ipse decisiones agnoscent, probabilis ac omnino pro tali nepote, vel ulteriori descendente responderi debuisset, non obstante quod testamenti verba essent personalia, atque restricta viderent ad filium imme-

diatum d. feminæ; Tum ob duas limitationes in hoc propo- sito passim receptas; Unam sc. ubi agitur de dispositione collata in tempus remotissimas, & post defectas plures alias lineas præcedentes vocatas, unde improbable est, quod testator cogitaverit de superexistente filiorum primi gradus; Et alteram, ubi agitur de faciendo transitum à descendentibus ad extraneos, sive à genere magis dilecto ad alterum minus dilectum, ut de utraque limitatione apud Merl. d. dec. 206. & Fufar. d. q. 320. & seg. apud quos concord. & frequenter infra in materia hujus articuli, an sc. & quando sub nomine filiorum veniant nepotes, ac posteriores descendentes.

Tum clarior, & solidior, quoniam vocatio talis filii immediati non terminabat in ejus persona, sed habebat tractum successivum, ac perpetuum in omnibus ejus descendentibus masculis, atque linea masculina expressè vocata, ac etiam in conditione posita erat priusquam fieret transitus ad dictum alium substitutionis gradum; Et consequenter corruptis uno vel pluribus gradus antecedentis, de plano intrabat ulteriorum subingressio in antecedentes gradus corruptos jure vulgaris in fideicommissio, seu anomala, juxta receptam theoreticam Bart. in l. quamvis n. 10. ff. de acqu. hered. de qua supra disc. 17. & 18. ac etiam pluries infra; Tunc enim primus, ac immediatus stare videtur, non taxativè tanquam ille, in quo perneceffè successio effectum sortitura sit ad suam masculinam posteritatem transmittenda per solam fideicommissariam, sed potius demonstrativè, tanquam pro spite semelagnato ex femina agnata immediatè constituto, ex quo talis linea masculina constituenda sit, ideoque in omnibus de eadem linea residat capacitas succedendi in exclusionem ulterioris substituti; Sive quod primus, & immediatus ita eam qualitate in se impressam, ex præsumpta verisimili voluntate testatoris ad ejus descendentes masculos transmissit, dum testator ipso potius, quam nepotem ex forore ejusque descendentes voluit.

Ex eadem ratione, extraneus quoque, ac inanis remansit non modicus labor per scribentes hinc inde habitus, & quem etiam inaniter reallumere voluit elaboratissimus primæ decisionis extensor super doctrina Lambertii de Ramponibus, de qua habetur adnotum supra disc. 10. & 11. & in aliis pluries, an sc. successio remotioris ob non existentiam proximioris, & de genere prædicto intelligenda esset provisiona- liter, seu revocabiliter, itaut remodior superveniens revocet bona et delata, quoniam ex deficiente qualitate necessaria, ut supra, cessabat questio in radice, dum actor non erat de genere vocatorum, & consequenter remanebat in terminis meri extranei.

Quando autem ista difficultas non obstarat, quia nempe, casus successione obvenisset vivente Juditta filia, quæ filios masculos adhuc non procreasset, unde dictus filius fororis successione agnovisset, deindeque supervenisset filius masculus immediatus absque difficultate vocatus; Et tunc etiam in sensu veritatis, probabiliores credidissim partes hujusmodi proximioris postea superventi, atque necessitate assumendi altiore inspectionem super conjecturis pro recessu à regula, quæ hodie ex magis communi, ac recepta opinione constituta est ad favorem remotioris extantis de tempore facti casus, & admittit; Sed clarior, & facillior ex eo, quod indebita fuisse admisso ad successione dicti remotioris transverfalit, eo quia dum ejus vocatio concepta est in defectum lineæ masculinæ dictæ propria testatoris, oportebat expectare istius omnimodam evacuationem, seu deficiantiam, quæ sequita non dicitur, donec durat ejus species, vel potentia, unde successio stare debet in suspensio juxta ea, quæ habentur supra in Bonon. primogenitura de Luparis, & in Ferrar. fideicom. de Franchis disc. 7. & 9.

Et licet in 1. dec. cor. Contrado, incidenter potius, ac præsuppositivè procedatur cum assumpto, quod cum ageretur de primogenitura, non intrabat hæc suspensio, seu vacatio in simplicibus fideicommissis passim admittit, eo quia primogenitura, neque temporis momento vacare possint, attamen hoc est æquivo cum clarum advertitur in d. Bonon. disc. 7. atque isti videbantur veri, ac proprii termini casus, quando factum assisteret, non autem illi dictæ questionis Lambertii de Ramponibus, de qua supra disc. 10. & 11. & alibi.

BONON. FIDEICOMMISSI DE AMORINIS PRO FRATRIBUS DE GRASSIS CUM

JOSEPHO MARIA DE URSIS ET JO. ANDREA DE BOLOGNINIS.

Casus decisus per Rotam pro Urso, & Bolognino, postea concordatus.

De eadem materia vocacionis masculorum ex feminis, ut conveniat solum masculis immediatis, non autem mediatis; Et de extractione plurium vocatorum per fortes, quando hæc dicatur bene, vel malè facta, & ubi est malè facta, quid sit agendum.

SUMMARIUM.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutiones casus.
- 3 Distinguntur puncti controversæ.
- 4 De dispositione, quod sub nomine masculorum ex feminis veniant solum immediati, non autem mediati.
- 5 De absurdis, & inverisimilitudine, quod testator scriberet secus responderet.
- 6 Quod non curetur hæc absurda, & inverisimilitudines, ubi certa est voluntas, secus ubi dubia.
- 7 Et quando sensus verborum attendi non debeat.
- 8 De ratione, ob quam voluntas solè est restricta ad solos immediatos, & non ad mediatos.
- 9 Electio vitatur ob spiritum alicujus ex electoribus.
- 10 Quod procedat etiam in electione passiva, seu in imbuflatione, ubi spernitur unus ex imbuflationis.
- 11 An etiam vel qualitas requisita concurrere debeat de tempore vocacionis, vel facti casus fideicommissi, vel attendatur tempus admisionis.
- 12 Dicitio circiter, quoad atatem, quantum se extendit.
- 14 Quando certa etas, vel tempus præfixum non attenditur, sed spectetur finis, seu effectus.
- 14 Non potest dicere se spiritum, qui non comparuit, & non potuit admitti.
- 15 Declaratur quando oppositio non sit necessaria, sed omnes sint convocandi.
- 16 Exclusus ab uno gradu substitutionis particularis, an & quando sit exclusus ab alio gradu ad favorem generis.
- 17 Tertius non opponit de spere, si ipse qui spiritus est, non opposuit.
- 18 Quando professio in Societate Jesu inducat mortem civitatem, & inhabilitatem ad succedendum.
- 19 Nullitas electionis semel contracta non revalidatur.
- 20 Devatione absurdorum, & inconvenientiam attendenda, necne.

D I S C. XXX.

Matthæus Amorinus carens prole masculina, provisis de pingui dote Lucretia, & Ludovica neptibus ex duobus filiis prædefunctis, heredes inlittit duos ex fratre nepotes cum perpetuo fideicommissio in eorum linea masculina, qua defecta cum eodem perpetuo fideicommissio vocavit filios masculos prædictarum neptum, cum onere assumendi ejus cognomen, & insignia, defectisque etiam istis lineis, post alias substitutiones ad rem non facientes, utpotè caducas, voluit per officiales quorundam piorum locorum imbuflationi 17. pueros ex 17. nobilibus familiis Bononiens. ab ipso nominatis, ætatis infra 12. & 18. ann. vel circa, ex quibus duo forte extrahi deberent in hac hereditate, cum eodem perpetuo fideicommissio succedere ejus etiam familiam renovando, cum assumptione cognominis, insignium, & his lineis masculinis quoque defectis vocavit quaedam Ecclesiæ, & pia loca, Declaratione adjecta, quod ad evitanda dubia apud DD. appellatione filiorum intellexit de ipsis præcisè, non autem de nepotibus, & ulterioribus descendentibus, nisi casu quo nepos ex beneficio representationis concurrere deberet cum patruo. Quodque masculorum appellatione intellexit de masculis descendentibus per lineam masculinam verè, non autem fictè, & interpretativè cum exclusione seminarum earumque descendendum exceptis filiis dictarum Ludovicæ, & Lucretiæ, eorumque liberis masculis, & per masculum descendentibus. Defecta vel non incepta linea unius ex dictis hereditibus, alte.

altera non post multum tempus etiam defecti in Alexandro nepote ex filio alterius Alexandri primi heredis, cumque ex Diana filia d. Lucretiæ unius ex dictis neptibus fuisset superstes Paris Maria de Grassis plures habens filios masculos, dictique ex executoris præteritend factum esse casum dictæ imbuflationis 17. puorum, se opposuerunt dicti. Paris Maria ejusque filii præteritend adhuc factum non esse casum prædictum, sed fideicommissum sibi deberi, tanquam descendentibus masculis præfata Lucretiæ, & re delata ad Cardinalem Legatum Bonon. hinc per decretum votum legale sine præjudicio juri dicti Parisi ejusque filiorum mandavit procedi ad imbuflationem, ac respectivè extractionem prædictam habendam pro infecta, quatenus cause eventus ostenderet dictum casum adhuc factum non esse, unde propterea ex executoris processerunt ad imbuflationem dictorum ex illis familiis, quæ aderant, neglecta imbuflatione Gabrielis unius ex filiis dicti Parisi Mariæ in 11. anno constituti, & de una ex dictis 17. familiis à testatore nominatis, atque sorte extracti fuerunt Urus, & Bologninus; Unde introducta causa in Rota cor. Melt. per appellationem defuncto Parisi Maria à dicto Gabriele ejusque fratribus interpositam, assumptaque disputatione contra meum votum, An constaret de fideicommissio ad favorem dd. de Grassis sub die 26. Junii 1658. negativa prodit resolutio confirmata sub die 30. Maji 1659. coram eodem, quæ duæ decisiones sunt impressæ post collect. Bondeni decis. 52. & 66. Quare assumpto novo duobus, quod ego eram in sensu ab initio assumendum esse, super invaliditate dictæ imbuflationis, & extractionis respectivè ob ejusdem Gabrielis spiritum, cum pendente illius disputatione idem Societatem Jesu ingressus esset, atque causam proferentur alii ejus fratres, eo proposito sub die 22. Maji 1662. cor. Priolo subrogato, prodit resolutio extractis favorabilis pro imbuflationis validitate. Sed concessa nova audientia, & repropo- sita causa, cum ob difficultates capta non esset resolutio, id ansam dedit honestæ concordie controversiam terminanti, per quam dicti fratres de Grassis, obrentis quibusdam bonis, reliquam hereditatem extractis dimiserunt.

Duo igitur fuerunt hujusmodi disputationum puncti; Unus super dicti Gabrielis, & fratrum præntensionem, ut ipsi tanquam descendentes masculi testatoris ex dicta Lucretia nepte comprehensivi essent in secundo substitutionum ordine, ut supra post defectas lineas primo institutorum; Et alter, quatenus factus esset casus dictæ imbuflationis, super ejus nullitate ob ejusdem Gabrielis spiritum. Quatenus pertinet ad primam, Ego pro dictis Gabriele, & fratribus scribens, in congressibus pro cause directione habitis eram in voto super eo tanquam clato, disputationem assumendam non esse, ideo assumptam, quia sic placui congregatorum majori parti, qui cedendum erat; Cum enim jam expertus essem exitum alterius Bononien. fideicommissi de Barberis, de qua disc. præc. quod scilicet neglecto motivo absurdi, vel inverisimilitudinis excludendi proprios descendentes ob transverfalit, ex solis conjecturis, ac interpretatione verborum, dictum fuerat filii nomine masculorum ex feminis non venire nisi immediatos, non autem nepotes mediatos per duplex medium femininum, quamvis istis regula assisteret; Multo magis, ac de plano id dicendum veniebat in hæc facti specie, in qua testator, ad evitanda hujusmodi questionis, ac interpretationes, verbis expressis omnia decidere voluit, declarando, quod sub nomine filiorum non venire nisi illi primi gradus, & per veritatem, non autem nepotes, ac posteriores descendentes, nisi ad effectum concursus cum patruo ex beneficio representationis; Et clarior quia declaravit, ut sub nomine masculorum, exceptis filiis masculis ipsarum neptum, quos lineam masculinam spiritus constituit, non veniant nisi masculi per masculum, & ex linea masculina per veritatem, non autem per fictionem, unde propterea casus remanere videbatur incapax disputationis, vel interpretationis, utpotè expressis, ac literalis ad vulgarem regulam textus in l. ille aut ille s. cum in verbis, ff. de leg. 3.

Et quamvis reliqui hujus partis defensores magnum fundamentum constituerent in motivo absurdi sive inverisimilitudinis, quod scilicet testator, neglectis descendentes, & de proprio sanguine, qui equè bene poterant ejus familiam renovare, ejusque desiderium explore, vocare voluerit penitus extraneus ita sorte extrahendis. Eapostissimum circumstantia accedente, quod filii descendentes erant de una ex 17. familiis ab eodem testatore dilectis, ac vocatis, unde propterea tam ego scribens tanquam Advocatus, quam cæteri nimium exaggerabam solitas Consulendum

cantilenas, quid scilicet verisimiliter responderet ipse defunctus, si resurgeret, atque interrogaretur, quodque iudex defuncti personam induendo respondere debet, ut quod ille esset responsurus; Deducendo etiam cum copiosis allegationibus desumptis ex Fusario, ac aliis hujusmodi collectoribus propositiones generales super improportione verborum, & extensione fideicommissi de casu ad casum, & de persona ad personam, ex dictis rationibus absurdorum, vel inverisimilitudinis, adeo ut informationes desuper editæ, utpotè hujusmodi regulis generalibus cum copiosis allegationibus nimium ditatæ, cum meo risu, à pluribus etiam eruditionem profitentibus, satis commendatæ fuerint.

Attamen, ut ego in congressibus dicebam ex collectis per Cyriacum contr. 281. n. 34. cum seq. & alios, ac advertit 6 Rota in hujus cause decisionibus, hujusmodi generalitates bene serviunt, ac attendende sunt in dubio, & ubi agitur de interpretando ambiguum voluntatem, non autem ubi ista est clara, quoniam tunc non esset interpretari, sed destruire, seu de novo disponere, contra id quod testator dixit, cum interpretatio cadat in ambiguis, unde in claris, juxta vulgarem, & quotidianam distinctionem, quam habemus in materia observantia inter interpretativam, & præscriptivam; Judices enim, & Advocati interpretantur, sed non faciunt de novo testamenta defunctorum, neque quaerendum est, cur defunctus ita disposuerit, sed solum videndum est, quid voluerit; Quando tamen urgent verba clara, & 7 expressa, ex quibus de voluntate certi reddimur, non autem ubi id deducitur ex solo sensu grammaticali, & puro cortice, itaut referri possit ad errorem, ac inadvertentiam Notarii, seu alterius scriptoris, cum tunc omnino verè, semperque præ oculis habenda videatur propositio, ut non cortex, & formula verborum, sed substantia verisimilis voluntatis attendi debeat; In hac enim facti specie id non proveniebat ex sola grammaticali significatione aliorum verborum, quæ ita præter testatoris intentionem concipi poterunt, sed accuratè, ac studiosè per particulares periodos, ac principales orationes ita dispositum fuit per viam declarationis, atque ad tollenda DD. dubia, & interpretationes.

Clarius verò, quia hujusmodi voluntas dici non potest 8 irrationabilis, seu inverisimilis, utpotè habens sumentum illius rationis, quæ ponderatur supra in Parmen. disc. 28. quod scilicet in casu contemplantæ agnacionis, sex motibus ibi insinuat, masculi cognati à feminis agnatis, sive penitus extraneorum haberi solent, ideoque resolutiones super hoc puncto mihi, quamvis in contrarium scribentis, juxta ac probabiles viæ fuerunt.

E converso autem, reflectendo etiam ad solam veritatem, non placuit ultima resolutio coram Priolo super valida imbuflatione, unde merito de illa dubitatum fuit, atque si causa ulteriori disputationis progressum habuisset, probabilius à dicta resolutione recedi debuisset; Cum enim dictus Gabriel esset de familia vocata, & in ætate per testatorem desiderata, itaut etiam esset omnino extraneus, imbuflationi debuisset, utique longè major remanet ejus spiritus, dum aliam supra omnes alios majorem qualitatem habebat quod esset descendens, ac de sanguine testatoris; Ideoque de plano intrare dicebam conclusionem in materia electionis receptam, quod spiritus unus ad eam vocandi, isto congerente, ac opponente vitiat actum c. coram, c. in genest, & c. sicut, de elect. cum concordantibus de quibus prævicit in Monasterien. coadjutoria sub rub. de electione, seu de Canonis, & Capitulo, ubi de hac materia electionis; Quod etiam receptum est in materia juripatronatus in præsentationibus collegialiter ab aliquo corpore collectivo faciendis, cum similibus ex deducit per Buratt. & Addent. dec. 351. Mantica dec. 268. & 288. & in iura materia sub 11. de iure patri.

Et licet id procedat in spere habentium votum in electione activa, idem tamen ex omnimoda rationis identitate dicendum est in electione passiva, cum nulla urgere videatur ratio differentia; Et in specie nullitatis ob spiritum, seu exclusionem alicujus eligibilis ab electione passiva, Passerin. de elect. cap. 2. quæst. 4. Et magis in specie nullitatis imbuflationis ob spiritum eorum, qui tanquam habentes requisitas qualitates erant imbuflationi, Sanchez ad præcepti. decal. l. 2. cap. 38. num. 68. Saye. in Clavi Regia, l. 4. cap. 5. num. 20.

Pro solutione istius difficultatis, per scribentes pro extractis plura deducebantur, quorum aliqua admittuntur in decisione, alia verò fuerunt neglectæ; Primum sc. quod dictus Gabriel non esset constitutus in ætate annorum 12. sed in un-

decimo anno de recenti incepto; Secundo quod non petisset se admitti, & imbuissolari; Tertio, quod imo se opposuerit imbuissolatio, atque curaverit eam impedire; Quarto quod jus dicendi de hujusmodi nullitate competi ipsimet spreto, non autem tertio, unde cum ipse jam esset mortuus civiliter per professionem in Societate Jesu, desuper exaudiendi non erant ceteri fratres; Et quinto demum ob pluram inconvenientiam exinde resultantiam, cum posita nullitate dictae imbuissolationis, quodque oporteret illam facere ex integro, tam exacti, quam ceteri tunc imbuissolari ob longum spatium litis interim decursum, essent inhabiles ratione aetatis, ideoque oporteret perquirere alios, potissimum dum extracti familiam testatoris assumpserant, pluresque sumptus pro lite sublinenda fecerant.

Nullum ex his motivis pro meo iudicio videbatur solidum atque aptum evacuare obiectum; Non quidem primum super defectu aetatis, tollebatur enim de plano ex facto, quoniam licet de tempore facti casus successione ob mortem ultimi de linea masculina primi heredis, dicit Gabriel in dicta aetate constitutus non esse, eam tamen agebat de tempore factae imbuissolationis, quod est attendendum iuxta distinctionem in materia beneficii, praesertim in beneficiis de iure patronatus receptam, ac etiam in materia electionis, quod aut agitur de his, quae illic de facto casu vacationis, iuris ministerio determinatur, & requiritur habitus de tempore quo illa sequitur, Aut de his, quae exigunt extrinsecum factum huiusmodi, puta electionis, collationis, presentationis, &c. istud tempus attendendum est, ad text. in c. dudum, &c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. & ceteris relatis bene in proximis terminis Burat. dec. 682. num. 8. cum seq.

Praeterea cum testator non praescripserit certum aetatis tempus praecise ac pro forma, sed adiecerit dictionem *circiter*, id pariter de plano excludit hunc defectum; Quamvis enim, tam scribentes pro extractis, quam etiam nostris occasione impugnantium dictam imbuissolationem, ex eo quod ex imbuissolatis adessent, aliqui ex eedem aetate ann. 78. qualis praesertim supponebatur Ursus extractus, nimium se extendentes, longaeque retexeret allegaciones super operatione dictionis *circiter*, circa aetatem, Aliquisbus volentibus extendi solum ad quatuor menses, aliis ad quinque, ac aliis ad sex ad summum, ex deducto per Rebuff. in *praxi beneficii de dispensatione aetatis*, §. seu circa, num. 13. Garz. de benef. p. 11. c. 3. numer. 49. Pyr. Corrad. in *praxi dispens. lib. 4. c. 2. num. 29.* Menoch. de arbit. casu 46. num. 3. Rot. dec. 164. num. 6. p. 3. rec. At tamen ista mihi videbatur in hoc proposito una de nostris simpliciter, quoniam huiusmodi quaestio cadit, ubi agitur de aetate praecise in iure statuta, ad ordines, beneficia, vel dignitates obtinendas

13. cum similibus. Secus autem, ubi illa per hominem in privata dispositione ita statuta est ad certum finem, seu effectum; Tunc enim principaliter spectatur substantia voluntatis, seu finis ac effectus, neque adeo insititur super formalitate temporis, iuxta ea, quae super hoc latius, & ex professo acta habentur in Rom. legati de Iulianis *subrit. delegat.* occasione agendi de subsidio literario relicto pueris de familia certam aetatem agentibus.

Et satis bene probari observabam ex firmatis per Rot. in altera Bonon. de Ramundinis coram Duno. inter suas dec. 417. repet. p. 7. rec. dec. 93. in ejuis casu testatore, post defecta certa genera prius vocata, demandante eligi per administratores quorundam piorum locorum, unum juvenem, qui artificialiter, assumptis cognomine, & insignibus, atque ducendo uxorem, & procreando filios, familiam renovare posset, laudatur electio viri maturi, quinquaagenarii, & ultra qui plures filios mascululos procreaverat, unde propterea testatoris voluntas pinguis, ac plenius impletur, spectando ejus substantiam, non autem formalitatem verborum, & de quo in simili habetur actum infra in Rom. fideicommissi de Baldassini *disc. 45.* ac etiam infra in Bononien. fideicommissi de Victoris *disc. 69.* & in de cessione in ea causa edita r. Aprilis 1669. Carpinea cum similibus, Unde propterea ego non laudabam dictam oppositionem, in qua ceteri pro hac eadem parte scribentes nimium insitabant ob imbuissolationem eorum, qui aetate 18. annorum in aliquo excedebant.

Quoad secundum motivum, quod Gabriel non petierit imbuissolari ex auctoritate Oldradi *conf. 3.* Lambert. de jur. l. 2. §. 8. art. 26. Antonini. l. 1. var. res. c. 20. num. 15. Dicebam, etiam cum sensu veritatis, illud non habere substantiam ex defectu applicationis dictae conclusionis ad casum, illa enim procedit quoad personas de certo, vel incerto genere jts ha-

bentes, sed incertas, Sive eatenus jus habentes, quatenus petant, & se opponant; Puta in concursu ad Parochiales, vel ad beneficia patrimonialia, & cathedras frequentem usum Hispaniae; Vel etiam in beneficiis de Iure patronatus passivo cum similibus, quoniam collator, vel patronus designare, vel inquirere non tenetur, quae persona adesset necne; Hoc autem in congruo adaptari dicebam ad hanc facti speciem, in qua testator in iurata hujusmodi administratoribus, ut perquirerent istarum 17. familiarum pueros dictam aetatem ei reiter agentes, & sic eis injunctae fuerunt diligentiae potius ex officio, quam ad patris postulationem potissimum dum ob teneram aetatem, non de facili practica-bilis erat oppositio, seu petitio ipsorum puerorum tunc ignorantium quid agerent, Ac etiam, quia ob qualitatem familiarum nobilitum, faecillimum, & tamquam specie notorii est habere talem notitiam, quae quoad istum puerum erat certa, & indubitata apud excoutores, ob ejus oppositiones ac litem habitam, & sic verè nullatenus intrabant termini dictae conclusionis, eo modo quo ubi Canonici, seu Capitulari sunt certi, sunt citandi cum legitima conventionione capituli, cum similibus.

Irrelevantes pariter videbatur tertium motivum, quod fidei-dictus Gabriel imbuissolatus se opposuerit, eamque impedire curaverit, cum id egerit ex diverso jure privato tanquam descendens testatoris quod non tollit aliud jus competens ex diverso titulo, & tanquam de genere, ut iuxta ea quae habentur infra in America fideicommissi de Jantelicius *disc. 49.* ut nominatim exclusus ab aliquo substitutionis particularis gradu, non censetur exclusus ab alio gradu universalis, ordinato ad favorem totius generis, de quo ille fit, quoties exclusio non est propter odium vel delictum; Et sic non ex eo quod aliquis de genere habens aliquam majorem circumstantiam particularem, pretendat fideicommissum sibi ex diverso substitutionum gradu particulariter deberi resultat illud excludi ab alio gradu ordinato ad favorem totius generis; Ad quod probandum dabam praedictum exemplum de dispositione ordinata ad favorem alicujus Capituli, vel Collegii, seu personae, ex eo eligende post defectum genus prius vocatum, quoniam si alicuius capitularis, seu collegialis pretendat sibi jure privato delictum esse successionem, ejusque casum factum non esse ad favorem dicti corporis, seu collegii, non exinde resultat, in ejus pretensione non subsistente, excludi debeat a beneficio; seu electione passiva tanquam canonicus, seu collegialis, ubi eopie dicitur personam representans.

Minus etiam subsistebat quartum motivum. Licet enim in puncto juris vera sit conclusio, quod de nullitate ratione spectus dare non possit testator, sed impedit quibus fuit, ut per Feder. de Sen. *conf. 148.* & *conf. 241. vir. b. quae infra*, cum concordant per Buratum *dec. 351. numer. 4.* At tamen cessabat applicatio ex facto, dum de dicto contemptu ab eodem oppositum fuit; Et quoad subsequenter mortem civilem dicti opponens pariter id nil revelabit, Tum quia prima, seu simplex professio, quae fit in Societate Jesu non inducit mortem civilem, seu inhabilitatem ad acquirendum, ac retinendum, cum haec sequi dicitur ex alia magis solemniori professione, quae post longam probationem in Religione emitti solet, vulgo nuncupata *quarta voti*, ut per Rot. apud Martin. Andr. *dec. 78.* & *dec. 32. par. 9. rec.* & passim; Tunc etiam quia postquam dictus ita contemptum in statu habili de ejus testatore, ac nullitate actus opposuit, talis ita detecta nullitas cessare non dicitur ob dicti opponens cessationem, ut ad literam probat text. in *cap. auditis, de elect. ubi* scribentes communiter, & de axiomate, ut quod jam est nullum ita convalescere non possit, Barbof. *axiom. 164. num. 10.*

Demum quoad quintum, ac ultimum motivum cuiusdam non scriptae equitatis ob incertum finem exinde resultantia (& quod vere fuit unica, & potissima causa resolutionis) dicebam forte cum aliquo ira impetu, prorsus improbabile videri, quod in praecedentibus resolutionibus coram Melitio, adversus descendentes, ac de sanguine testatoris processum esset cum juris stricto rigore, negligendo absurda, & inconvenientia ut supra, & quod cum penitus extraneis in concursu descendentium, ac de sanguine haberetur ratio absurdorum, & inconvenientium, contra regulam quod *quisque iuris sit*, &c. Et ulterius dicebam, quod in electionibus ad Episcopatus aliaque dignitates, & fortius in illa Summi Pontificis, quae est summa rebus, maxima resultant (candala, & inconvenientia ob eorum retractationem ex causa multatatis, sed si haec subsistit, illa non curantur, cum similibus; Ideoque merito ista causantur dictis fra-

fratribus satis proficuum concordiam, per quam plus tute obtineretur, quam importaret incerta alea sortis, quatenus nova imbuissolatio facta esset.

BONON. FIDEICOMMISSI DE VOLTA
P R O
MARCHIONE CAMPEGGIO
C U M
COMITE PASELLIO.

Casus varii decisus per Rotam.

De eadem materia, ut sub nomine masculorum ex foemina veniant solum masculi immediati; Et an tali casu masculi immediati descendentes per duplex medium foemininum excludant ulteriores substitutos transverales, vel extraneos ex dispositione tex. in l. cum avus, & l. cum acutissimi.

S U M M A R I U M.

1. Falli series.
2. Resolutiones cause.
3. De regula ut vocati masculi foeminarum, veniant tam immediati, quam mediati, & de limitatione.
4. De rationibus, ob quas testatores solent vocare solum immediatos ex foemina.
5. De eadem regula, de qua supra num. 3. ut veniant omnes immediati, & immediati.
6. De doctrina ad Aret. materiam tex. in l. cum avus, & l. cum acutissimi, & num. 10.
7. Sententia Aretinis, quod motum deducit. vel. l. cum avus, l. cum acutiissimi, vel non sufficit, ex non est necessarium in casu.
8. Leges praedictae non habent locum, quando testator de filiis cogitavit, sed certam qualitatem in eis adiecit.
9. Doctoribus referentibus simpliciter dictum alterius, & non examinantis articulum non est descendendum.
10. Expenditur doctrina Aretini de qua n. 6.
11. Consideratur differentia inter istum casum, & alios, in quibus curatum non fuit de absurdo ponderato per d. l. cum avus, & cum acutissimi.

D I S C. XXXI.

Antonius Volta unicam habens filiam Isottam, ac uxoris ventrem praegnantem, quatenus partus esset masculus, istum heredem instituit, si vero foemina, utramque instituit sub onere restituendi ejus hereditatem etiam eis adeo viventibus primo filio masculino ex una ipsarum nascituro, in quo totaque ejus linea masculina fideicommissum perpetuum instituit, ac successivè ad favorem aliorum filiorum masculorum earumdem de linea masculina, qua de facta, vocavit Ursinam sororem Annibali Campeggio nuptam, ejusque filios, & descendentes in perpetuum, cum onere renovandi ejus familiam per assumptionem nominis, & insignium, ac habitandi ejus domum relicta dictis filiabus congrua dote, de qua agitur in hac eadem Bonon. sub *rit. de dote, disc. 12.* Ex ventre praegnantem orta est foemina, Antonia nuncupata, quae filiam habuit Olympiam, & ex ea praedicta, Antonium Pasellum, ex dicta Olympiae filio etiam praedictam pro nepotem, quem heredem reliquit, Unde sequuto ejus obitu, cum sicut altera filia ingressa esset Monasterium, Marchio Thomas Campeggius ex dicta Ursina filio nepos, praedictum factum esse casum dictae substitutionis ad ejus favorem, iudicium immisionis instituit contra dictum Pasellum, & introducta causa in Rotam cor. Alberti, sub die 10. Decembris 1664. ad ejus favorem prodit resolutio, adversus quam concessa nova audientia, & assumpta disputatione, ex parte Paselli, excitarum filii motivum, ex dispositione tex. in l. cum avus, & de cond. & demonst. & l. cum acutissimi, C. de fideic. sed fuit rejectum ac peritum in decisis sub die 1. Februarii 1666. Verum concessa altera audientia super hoc motivo tantum, & reposita causa 28. Junii ejusdem anni, recessum fuit a decisiis, canonizando dictum motivum, atque haec secunda resolutio Pasello tantum informante confirmata fuit 17. Julii 1669. coram eodem, ad quarum ultimarum resolutionum normam appellatio fuit sententia Paselli absolutoria, a qua pendet expeditio.

In primis duabus resolutionibus processum fuit cum eis-

dem regulis, seu conclusionibus jam firmatis in Bonon. fideicommissi de Barberiis, & in Bonon. fideicommissi de Amorinis, de quibus in *disc. proximi praeced.* & in plerisque aliis, quod se, quamvis vocatis masculis, praesertim ex foemina, certa regula sit, attendi solum sexum, non curata unicatitate, vel duplicitate medii foemini, cum idem resulset effectus. Attamen certa etiam est limitatio ex contraria testatoris voluntate desumpta ex verbis denotantibus eum sensitisse de masculis immediatis procreatis ex foemina, earumque linea masculina, quae verba in hac facti specie videbantur nimis clara, & literalia, utpotè praecise personalia, pluries etiam repetito termino linea masculina, atque in prima decisione bene exprimitur ratio, de qua supra in Parmen. *disc. 28.* ob quam propriae familiae renovatio demandari solet in masculis immediatis ex foemina agnata, non autem in mediatis ex duplici foemina, quarum secunda est cognata, cum ita tales parvus a propria familia, & agnatione omnino extranei remaneant.

Cui rationi generali, aliam in ista causa addebam ego specialem satis probabilem, ponderata a simili supra *disc. 11.* quod scilicet testator jam esset probabiliter certus, quod ejus filiae de satis congrua dote proviseret, cum tam magna spe ad favorem primi masculi, satis qualificata in matrimonium cum familiis nobilibus, ac primae classis contrahere essent, incertus autem erat, quibus familiis essent nupturae filiae, vel ulteriores descendentes ipsarum filiarum, Hinc proinde voluit hoc secundo casu ejus familiam potius renovari in personis de adeo nobilibus, & qualificata familia Campeggiorum descendentium ex ejus sorore quam in obscuris, ac incertis familiis, ex quibus esse possent masculi ex ulterioribus foeminis procreandi, licet casus dederit quod etiam secunda foemina nobiliter nupserit.

In posterioribus vero decisionibus principale, ac totum constitutum fuit fundamentum in allegata l. cum avus, & l. cum acutissimi, atque in absurdo, ut descendentes testatoris excludantur per transverales, qui extraneorum nomine in jure censentur, procedendo cum superioribus dicta regula, de qualitate apud Bellon. jun. *conf. 72.* & 73. Larream *dec. 34.* & 34. Altograd. *conf. 66. lib. 2.* & alios pro masculis medietatis cumulatam supra in d. Parmen. *disc. 28.* & per Rotam *dec. 6. part. 1. divers. dec. 402. num. 25.* & *seq. part. 9.* apud Cellium *dec. 141. num. 6.* & *seq.* & in aliis, quod scilicet cum omnes masculi vocati sint aequè cognati, ac de extraneis familiis, pariformiter illam testatoris fidei renovari, nil refert, an medium foemininum sit simplex, vel duplex; Illud etiam potissimum considerando, quod testator simpliciter vocavit filios dictae Ursinae absque restrictiva ad masculos per masculum cum qualitate immediata, unde propterea censetur idem voluisse in filiis, & descendentibus filiarum.

Magnum, & forte originarium fundamentum constituto in doctrina Angeli Aretini, de testam. *gl. 79. num. 7.* & *8. vers. secus sorte, & c. inter tractatus magnos, tom. 8. part. 1. fol. 61.* quem refert, & sequitur Rusticus in locum *avus, lib. 3. cap. 4. sub num. 19.*

Scribens ego pro Campeggio, etiam cum sensu veritatis, dicebam dictos terminos, textus in l. cum avus, & l. cum acutissimi, adeo magnificatos, extraneos videri a casu, cosque, vel non sufficere, vel non esse necessarios, unde praesertim ultima decisio, quae commisit hoc motivum cum regula ut supra militante ad favorem masculorum mediatorum, iuxta *dec. 16. part. 1. divers.* cum aliis allegatis, forte aliquo aequivo laborare videtur; Siquidem, Aut dicimus, quod non urgeat testatoris voluntas super immediata qualitate, ita ut non intraret limitatio, de qua supra in Parmen. & duabus Bononien. & tunc opus non est recurrere ad motum dictarum legum, dum masculis mediatis absque hoc refugio assistit dicta receptissima regula, unde propterea esset dare casum, quod habens vivum, & copiosum fontem perennem, curaret pro sitis explenda mendicare incertam, ac dubiam aquam ex puteo, vel cisterna, & sic non videbatur, quae necessitas subsisteret confluendi ad dictam doctrinam Aretini, quae ut infra est potius dubia, & incerta, seu non applicabilis.

Aut e converso dicimus, quod ex testatoris voluntate, ut supra vestremur magis in casu limitationis, quia nempe testator senserit solum de certa specie masculorum ex foemina agnatis immediate procreandorum, & tunc non intrant dictae leges ex receptissima theorica Bart. in eadem l. cum avus, num. 4. de qua ceteris relatis Rusticus *disc. lib. 3. cap. 4. num. 1.* & *seq. Capra conf. 18.* Spada *conf. 232. lib. 3.* Altograd. *conf. 61. num. 13.* & *seq. lib. 1.* & ceteri apud Putari, quae *disc. 402. num. 17.* satis bene Molin. de primogenit. *lib. 3. cap. 5. num. 32.* quod

quod scilicet si testator cogitavit de filiis, & descendenti-
bus, sed in eis certam qualitatem adiecit, tunc alii dictam
qualitatem non habentes dictarum legum beneficio juvari
non possunt, ex ea clara ratione, quod dictae leges indu-
cunt solum quandam suppletionem praesumptae voluntatis
in casu omissionis, ac per testatorem non cogitatio, quasi mi-
nus scriptum quam voluit, quod cessat ubi testator casum
existentium filiorum, & descendendum cogitavit, sed cer-
tam qualitatem non habentes neglexit, cum tunc esset
dictarum legum fictio, seu suppletio; Quod si simili habeo-
mus etiam in terminis text. *leg. si unquam, C. de vocat. do-
nat.* super donationis resolutione ob supervenientiam filio-
rum, quoniam non intrat, si de illis est cogitatum, cum
similibus.

Itaque quoque comprobantibus tot rebus iudicatis, praeser-
tim in proximis duobus praecedentibus discursibus in utraque
Bonon. de Barberis, & Amorinis, in quibus adamussum
intrabat idem ac majus absurdum excludendi proprios de-
scendentes masculinum sexum habentes propter penitus
extraneos, unde eadebatur idem termini dictarum legum,
& tamen omnia haec negliguntur; Ideoque dicebam, quod
oportebat in hoc statuere veritatem, seu certam regulam,
qua in dispositione ascendentis, vel nunquam reciperet
limitationem, vel illam reciperet indefinitam, dum non vi-
debatur posse simul stare, ut in pluribus casibus identifi-
catis, veritas modo esset alba, modo nigra; Et sic, vel oportebat
retractare dictas iudicaturas in duabus aliis Bononiensibus
proxime allegatis, & in plerisque aliis, vel ultimae resolu-
tiones subsistere non poterant, & hoc est, quod meus in-
tellectus non de facili capiebat.

Quatenus vero pertinet ad dictas auctoritates Aretini,
& Rustici, de hoc secundo dicebam nullam habendam esse
rationem, cum sit simplex relator Aretini, nullatenus
examinando articulum, Ideoque nullam auctoritatem fac-
cere videtur, ut advertunt Menoch. *conf. 354. num. 25. Cy-
riac. controv. 50. num. 3.* & alii, Et quoad primam Aretini
loquitur dubitative, non figendo pedes cum verbo forte;
Contrarium vero ex professo subsistet Capra *dicto conf. 18.*
& sentire etiam videtur Socin. *conf. 69. lib. 3.*

Et magis ad rem, Aretinus loquitur in casu quo testator
disposuisset cum ejus filiis, & descendentiis masculinis, ibi
quid si testator dicat, si filius meus decedat sine filiis masculinis,
deindeque transitum faceret ad substitutionem extranei,
non cogitando ad supervenientiam femininarum ultimi de
genere prius vocato, vel filiorum, & descendendum mas-
culorum ex eis, ita ut iste casus remaneat omisit ad a testa-
torem non cogitatus, unde propterea recte in eo intrat dicta-
rum legum suppletio, quod ad rem facere non videbatur,
dum illi dici non poterat casus omisit; Et quamvis ni-
miump urgeret dicta ratio absurdi, vel inverisimilitudinis,
at tamen vel illa in omnibus casibus pariformiter recipien-
da, vel omnibus recipienda est, sed dicta diversimoda iudi-
catura est eisdem casibus eandem rationem habentibus mi-
hi magnam inferrebat difficultatem, ob quam, vel ista, vel
dictae aliae resolutiones placere non possunt, Ideoque oportet
retineri in materia uniformem regulam, ac veritatem statuere,
& sic concludendo, dispositio *dictarum ll. cum avus,*
& *cum avus*, vel non sufficit, vel non est necessaria.

Eam tamen differentie rationem solum observabam con-
siderari posse interitum casum, & praedictos in duplici
Bononien. de Barberis, & Amorinis, ac etiam in *Parmen-
sibus*, *de Guvris*, & infra in *Firmana disc. 33.* cum
similibus, quod scilicet in eis agebatur de fideicommissaria
successione aperta per obitum ultimi de linea, seu gene-
re prius vocato absque prole, unde fiebat transitus ad alium
substitutionis gradum, novumque personarum genus ita
qualificatis vocatum, ita ut non habentes talem qualitatem
non privarentur jure quaesito, sed repellentur ab asse-
quendo; In praesenti autem agebatur de continuatione bo-
norum in ea linea, seu genere in quo jam existunt, ac ra-
dicata sunt, & sic de privando filios, & descendentes
possessoris jure quaesito ex defectu dictae qualitatis, quod
est quid longe plus, atque haec ratio differentiae videba-
tur pro meo iudicio unicum fundamentum, cum quo, ci-
tra contradictionem cum aliis, haec ultima resolutio sub-
sistere possit; Verum in *alia Bononien. fideicommissi de
Cuteanis, disc. 40.* agebatur de ista continuatione, atque
de excludendis filiis, ac descendentiis ultimi possessoris,
qui erant etiam descendentes testatoris ob penitus extra-
neum, & tamen hoc absurdum curatum non fuit, Ideoque
jacet quicumque velit agnoscere semitas veritatis, quoniam
ego fateor, ob dictas varietates illas esse mihi ignotas,

licet varietates magnis Tribunalibus connaturales esse vi-
deantur, ex his quae discuntur Theaur. in *praesul. decif.*
num. 32. in fin.

BONON. FIDEICOMMISSI
DE MOZZARINIS.

P R O
FLAMINIO, ET AUGUSTINO
DE COLTELLINIS.

C U M
CHRISTOPHO, ET JOANNE
PHILIPPO DE ASTIS,
ET ALIIS.

Responsum pro veritate.

De eadem materia, An sub nomine masculinorum
cognatorum veniant solum masculi per mascu-
lum, seu per medium foeminiuum, vel etiam
omnes per plura media.

Defectis aliquibus substitutis sub eodem ordine
vocatis, An portio defecta, seu caduca ac-
crefcat aliis substitutis, vel remaneat libera
penes haereditatem gravatum, Et incidenter de
aliis punctis remissive.

S U M M A R I U M.

- 1 Assignatur ratio, quare examinentur plures casus ca-
dentes sub eisdem articulis, & conclusionibus.
- 2 Quomodo in hac materia attendi debeant decisiones, &
doctrinae.
- 3 Facti series.
- 4 De punctis sub controversia cadentibus.
- 5 De vulgari anomalia, seu fideicommissis.
- 6 De concursu proximioris, & remotioris ad eandem fidei-
commissariam successione remissive.
- 7 De regula, & limitationibus, an vocatis masculis, veni-
ant masculi per medium foeminiuum.
- 8 Examinantur conjecturae, ex quibus vocatis masculis
non veniunt illi per medium foeminiuum.
- 9 Dicitur, ut supra, importat repetitionem praecedentium.
- 10 An portio defecta accrescat alteri substituto, vel tan-
quam caduca efficiatur libera.

D I S C. XXXII.

Superfluitatis nota digna censenda non videntur, tam in
ista, quam in quacunque alia materia pluries repetite
annotationes casuum, seu controversiarum super eisdem arti-
culis, & conclusionibus cadentium; id enim ad veritatem
indagandam, ac aequivoca tollenda, nedum congruum,
sed necessarium videtur, cum enim hodie in foro nulla pe-
ne vigeant quaestiones juris apud antiquiores ad id involu-
tae, in scholis, & Academiis tantum adhuc videntur, quoniam
illae opinioniones quae magis communes, vel probabiles
magnis Tribunalibus visa fuerunt, jam receptae sunt pro
regula, aliae vero deservierunt pro limitatione, ac diversa
testantur, vel contrahentis voluntate ex conjecturis, aliis-
que facti circumstantiis metienda, consequenter omnes vi-
dentur potius quaestiones facti, & applicationis; Hinc pro-
inde oportuum est in omni materia, praesertim vero in
ista ultimatum voluntatum, plures quo magis fieri poterit
habere connexos casus, qui primo aspectu omnino simi-
les, ac penae identifi-
cas, diversae receperunt determinatio-
nes ob aliquam diversam facti circumstantiam, ut ita edo-
ceatur, totum pendere ex singularum casuum particula-
ri, ac individua qualitate, nimirumque evidentem errorem
esse, in hujusmodi praesertim quaestionibus, vim constitue-
re in cumulo auctoritatum, & quid Rota, vel alia Tribu-
nalia in aliis casibus deciderint, vel Consulentes responde-
rint, quamvis supponendum sit juxta, ac fundate decimus,
vel responsum fuisse; Stant enim simul, & in his casualibus
quas conjecturas, vel circumstantias recte operativas fuisse,
in aliis vero, eadem ac majores non sufficere, vel contra;
Prout plures conclusiones in decisionibus, & consulis
deductae illi casui, recte congruunt, incongruunt vero
alteri, de quo agatur, Ideoque debet quidem judex, vel
consulens doctrinalem partem bene habere, cum notitia
decisionum, & auctoritatum, pro ejus iudicio bene regu-
lando juxta magis communes, ac receptas propositiones, sed

fed tota eius pars versatur circa congruam applicationem
ad praesentem facti speciem cum comparatione casus contro-
versi cum aliis contentis in decisionibus, & doctrinis, illas
non capiendo per partes, sed totas considerando; Ac etiam
congrua est repetita plurium casuum adnotatio, cum singu-
luli quamvis in uno articulo identifi-
verificari solent, ut patet ex omnibus quae super hoc
speciali articulo vocationis masculorum in tot casibus ha-
bentur, &c.

In hac vero facti specie, Dionysius de Mozzarinis, insti-
tuto haerede Thadeo filio legitimo, huic absque filiis de-
cedenti submittit tres fratres de Simoninis ejus ex sorore
nepotes, quorum ultimo substituit illum ex ipsorum filiis
masculis, qui Dionysii nomen habere, ejusque lineam
masculinam, qua defecta successit de uno in alium cum
eodem ordine vocavit omnes alias lineas masculinas eo-
rundem nepotum usque ad ultimum de illis superfluitem,
diciturque lineis defectis, vel non inceptis, vocavit pro dimi-
dia filios, & descendentes masculos Ludovici de Astis, &
pro altera dimidia filios, & descendentes masculos Augusti-
ni Coltellini; Vivente autem Thadeo primo haerede, obje-
ctus Ludovici superfluitate unica filia Clara, quae duos ha-
bit filios Christophorum, & Elisabetham, quae filium ha-
bit Joannem Philippum, ac praecessit etiam Augustinus,
superfluitibus de tempore facti casus Flaminio filio, & Augu-
stino juniore ex Francisco altero filio nepote; Hinc sequen-
tia praefati Thadei morte plura exorta sunt dubia, tam cum
haerede dicti gravi, quam inter praefatos descendentes Lu-
dovici, & Augustini, ac etiam inter ipsomet ipsum, & ne-
potem Augustini, super quibus ex parte istorum de pluribus
pro veritate consultus fui; Primo scilicet an dicto Thadeo
legitimo, seu ejus haeredi competere detractione legitima;
Secundo an per aduocationem primi substitutionum gradus
sequatam per praecessum dictorum fratrum de Simoninis
caducata essent omnes alii sequentes, Tertio ex clausa aduoca-
tione, an substitutio praedicta conveniret praefatis Christo-
phoro, & Joanni Philippo descendentiibus ad Ludovico per
nummum, ac respective duo media foemina; Quarto posito
quod dictis masculis mediatis substitutio non conveniret,
an illa defecta portio tanquam caduca effecta esset libera
ad beneficium haereditatis, vel potius ex beneficio juris
accrescendi spediaret ad praefatos de Coltellinis; Et quinto
denum super modo succedendi inter eos, An scilicet Augu-
stinus junior aequali concursum praetendere posset cum
Flaminio patris gradu proximior.

Super primo puncto nullum dedi responsum ob non
transmissum integrum privilegium legitimacionis, postmo-
dem vero de illo disputavi coram A. C. arce de eo habetur
agrum in sua materia *sub tit. de legitima, & detractionibus*;
Super secundo plana fuit resolutio super exclusione caduca-
tionis ex vulgari in fideicommissis, quam vulgarem anomalia
dicimus, per quam corrupto gradu antecedenti, sub-
intret alter, qui de secundo officitur primus ex receptissima
theorica Bar. *in l. quamvis, ff. de acquir. haeredit.* juxta plenam
deducta per Rotam *decif. 201. & 227. par. 3. rec.* quae sunt in
materia magistratibus sepius in aliis canonizatae, ut pluries
habetur infra hoc ead. tit. super hoc articulo; Et licet ista
regula limitetur, ubi constat expresse, vel conjuncturaliter
de voluntate testatoris disponendi per simplicem fideicom-
missarium, ac faciendi, ut nostri dicunt fideicommissum
graduale ex pariter recepta theor. Angeli in eadem *leg. quam-
vis, de qua praesertim infra in Persiana, disc. 107.* attamen
in hac facti specie nulla videbatur concurrere conjectura
hujusmodi voluntatem suadentes, unde regula intrabat de
plano.

Prout plana mihi visa est resolutio super concursu ipso-
rum de Coltellinis inter se vel remotioris exclusio-
nem ob gradus inaequalitatem, dum tam attenta persona
gravati quam gravantis, intrare non poterat beneficium
representacionis, minusque alterum subingressionis com-
petens ex diversitate linearum juxta ea, quae de utroque
beneficio habentur supra in *Mutinen. & Reatina disc. 17. &
18. & in aliis seqq.*

Quare sola dubitandi ratio cadere videbatur in tertio, &
quarto quaesito; Et quatenus pertinet ad tertium, an scilicet
sed nomine filiorum, & descendendum masculorum praefati
Ludovici de Astis veniret dicti Christophorus nepos
ex filia, & Joannes Philippus pronepos ex Elisabetha dictae
filiae filia, consuebam regulam ad favorem praedictorum,
spectato solo sexu, & non curato medio ex auctoritatibus,
& rationibus, de quibus supra *disc. 28. & 29.* longas delu-
Card. de Luca, Lib. X.

per retexendo allegationes, quamvis hodie superfluas, ad
satisfaciendum tamen insipidae consuetudini cum laudandi do-
ctrinas super receptis ac notoriis propositionibus extra ty-
rocinium praesupponendis, Ac etiam consuetudine limita-
tionem, de qua ibidem, concludendam quod quaestio esset
facti, & applicationis, quatenus ad istam pertinet, conclu-
debam mihi videri, quod versaremur potius in casu limita-
tionis, & in exclusionem praefatorum descendendum per
foeminas ex pluribus conjecturis, & circumstantiis non
singulariter, sed unitim attendendis cum consuetaria regula,
ut *singula, quae non possunt, &c.*

Primo scilicet, quod testator vocando masculos, non ha-
berit relationem ad stipitem foeminiuum vocando puta fi-
lios, & descendentes filiarum, vel fororum juxta casus, de
quibus in tribus proximis praecedentibus Bonon. cum simili-
bus, sed direxit verba in stipitem masculinum Ludovici
juxta ea, quae ponderantur supra in *Placentina disc. 24. & in
Romana de Bubalo, disc. 25.* cum similibus; Et licet verum
procedat, quando ille masculus qui constituitur stipes de-
ficientia masculinae est agnatus, secus si pariter cognatus,
ut advertitur in *Pistorien. disc. 26. & in aliis*; Unde propte-
rea ista conjectura erat nimirum levis parvisque facienda, ni-
hilominus advertetbam adhuc ponderabam esse junctam
cum aliis efficacioribus ex dicta regula, ut *singula, quae non
possunt, &c.* quoniam ut advertitur in *Bonon. de Volta, disc.
praecedenti, & in aliis*, etiam inter cognatos aliqua affectio
contrahit solet cum eorum familiis testatori cognatis, quae
potest non adesse cum aliis sibi ignotis familiis, quae possunt
esse ignobiles, & obcurae.

Secundo fortiter ponderabam praecedentem dispositio-
nem cum dictis fratribus de Simoninis, ex testatoris nepote
forotibus, quoniam licet essent etiam cognati, unde pro-
pterea intraret eadem ratio, cui innixa est regula, atten-
dendi solum sexum, & non curandi medium, adhuc tamen
clara erat voluntas testatoris se restringendi ad eorum li-
neas masculinas; ac masculos per masculum, neglectis mas-
culis per foeminas, ponderando regulam, seu propositionem,
quod una dispositio, seu pars testamenti declarat alteram in
qua minor urget ratio affectionis, & sanguinis, &c.

Tertio in idem (unde dicebam resutare speciem clare
probationis,) quoniam in istis descendentiis Astis, & Col-
tellini, testator ut compendiose prescriberet eundem ordi-
nem, quem prescripserat in dictis fratribus de Simoninis,
eos vocavit cum dictione, ut supra, quae de sui natura est re-
peditiva omnium praecedentium, ex relatis apud Bar. &
Adden. *decif. 161.* apud Dunozer. *decif. 837. nu. 8. & dec. 83.
n. 2. & quorundam.*

Et quarto etiam pro una ex conjecturis ponderabam mo-
rem, seu styrum Bononiensium, ita hujusmodi dispositio-
nes concipiendi, ex his, quae me docuerant tres aliae *Bononi-
enses*, de quibus in proximis praecedentibus discursibus.

Denum quoad quartum quaestum, An scilicet haec de-
fecta portio relicta descendentiibus Ludovici, accresceret
nostris descendentiibus Augustini in eodem substitutionis
gradus vocatis, vel potius tanquam caduca effecta esset
libera ad favorem haereditatis, advertetbam, quod licet ista apud
antiquiores sit nimirum involuta quaestio, At tamen hodie
cessante aliqua circumstantia limitationis induciva, recepta
videtur pro regula opinio substituto favorabilis pro be-
neficio juris accrescendi, ex deductis per Bellon. *jun. de her.
accresc. cap. 6. q. 21. nu. 26.* Fufar. *q. 495. n. 14. & per tot.* Gra-
tiani. *disc. 533. n. 1. cum seqq.*

Dubitandi autem rationem praebat ac consideratio
quod testator divisisset portiones, vocando unum genus de-
scendentium ad dimidiam, & alterum ad alteram, ex relatis
per Fufar. *d. q. 495. num. 1.* Verum credebam istam non
intrare, cum procedat, quando haec divisio facta est cum
separatis, & perfectis orationibus juxta doctrinam Bar. *in
leg. reconvinct. num. 13. ff. de legatis 3.* quam caeteri sequuntur
relati per Bellon. Fufar. & Gratian. *ubi supra, Rot. decif.*
506. par. 4. div. & infra disc. 111. Clarius vero ac extra
controverfiam, quia in praecedenti dispositione cum dictis
fratribus de Simoninis expressa erat voluntas, nedum super
jure accrescendi, sed etiam super reciproca, ut bona consoli-
darentur in ultimo, isti vero successively vocati fuerunt
cum eodem ordine compendiose repetito mediante sepe
super ponderata dictione, ut supra, unde ita advertetbam esse
fere omnem difficultatem; Incertum tamen est quid desuper
sequatur.

